



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XIV. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)



S. Theodemarius quantâ pietate suas in virginem devotiones perageret, etsi ipse celaret, cœlum ostendit, dum ei sacrum de Beatissima Virgine legenti duo Angeli ministrârunt; ejusdem caput aureâ & cœlestibus margaritis illustri coronâ visum est coronari. *Nad. an. Cœl.* Profani sumus, nisi sancta sanctè tractemus.

Quàm frigidæ sunt meæ, quæ honori Deiparæ fundo preces, quàm parùm est in longa etiam oratione fervoris! tuo eum ô S. Theodemari devotionis igne succende, ut Mariani cultûs ardor in me nunquam intepescat, sed in me, aliisque continuo augmento crescat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum &c. f. 2.

Ad quod impetrandum hodie, si licet, ad dicatum MARIÆ honoribus altare sacris operabor vel adero.

Si tu nos deserueris, quid de nobis fiet, & spiritus & vita Christianorum? *S. Germ. ser. de zona.*

Quæstio: Si nullus hominum peccasset, an MARIA DEI Mater fuisset; *v. Barrad. in Ev. tom. 1. c. 4.*